

*Octavii  
Boldonii  
opus de in-  
scriptioni-  
bus & elo-  
giis.*

*Alii inscri-  
ptionum ac  
elogiorum  
concinna-  
tores.*

*Em. The-  
saurus.*

*Aloysius  
Juglaris.*

*Alberti ab  
Ines elogia.*

*Petri Lab-  
be elogia.*

gia Octavius Boldonius seorsum persecutus est in libro cui titutus: *Epigraphia, sive elogia inscriptio-nesque pangendi ratio.* Sed opus illud, in quod omnia pene Rhetorices præcepta sine ulla necessitate congesit, ita comparatum est, ut quæ bona sunt, & ad argumentum proprie pertinent, exiguo scripto comprehendendi possint. De aliis inscriptionum ac elogiorum concinnatoribus & editoribus vide judicantem B. Morhofium in *commentatione de Disciplina Argutiarum.* Inter eos pro optimo habetur Emanuel Thesaurus, qui tamen non semper sibi similis, sed interdum ex nimia affectatione frigidus est. Aloysius Juglaris cedit quidem Em. Thesauro acumine & dictionis concinnitate, verum affluit ille non paucis meditationibus, quæ sacras orationes scripturis usui esse possunt, id quod de Joh. Bapt. Masculi elogiis fere etiam censendum. Albertus ab Ines, Polonus, Regum Polonorum vi tas & res gestas optimis elogiis, sed stylo diffusiore descripsit; sublegit non pauca aliorum acumina, quorum nomina tamen in fronte libri posuit, eademque ad ipsum argumentum ita annexuit, ut ex re ipsa nata videantur. Prodiit illud opus sub titulo *Lechiados Cracoviæ* in 40. anno 1654, quod postea recusum. Simile pene specimen est, quod quidam de Regibus Ungariæ edidit, sed non est in hoc tantum ingenii & judicii, quantum in illo observatur. Edidit & Patrus Labbe, e societate Jesu Elogia sacrâ, philosophica & regia, in quibus multa sunt arguta & ingeniosa, non pauca tamen, ut in talibus acci-